

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Sermo Ad Ivvenes , @Qvi sacris ordinibus iniciari, &  
exami se submittere petunt**

**Wimpfeling, Jakob**

**Argentorati, 1514**

**VD16 S 6012**

M. Hieronymo Gebuilero Gymnasikume aedis Argeñ, moderatori  
vigilatissimo Iaco, Vuimphelingius Seletstanus, S.

[urn:nbn:de:bsz:31-290147](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-290147)

M. Hieronymo Gebuilero Gymnasij sum-  
me ad's Argen. moderatori vigilatissimo  
Iaco. Vuimphelingius Seletstanus. S.

Esyderius Erasmus Roterodamus, Germaniae  
d decus, hinc abiens rogauit, hanc Cæcellarij Ebo-  
racensis orationē a me, nostro Matthiæ Schure-  
rio imprimendā demandari, quod eam futuris Christi  
ministris plurimū profuturā arbitraretur, exoptans ad  
sacra fidei misteria, summūq; sacrificiū idoneos eligi sa-  
cerdotes, qui nō tam ocij, quā dei causa ad id arduū mu-  
neris aspirarent, qui vires suas prius emensi, si carnē &  
lasciuā, si passiones edomare diuino ductu possint, in

De eo q  
nō po  
test con  
ueri nisi  
preuētus  
Serm. xx  
vii.

Le. III.  
Corrol.  
XIII.

Adagiū.

seip's forent experti. Currit passim (ait Bernhardus) ad  
sacros ordines, & reuerēda ipsi's quoq; spiritibus ange-  
licis ministeria, hoīes apprehendūt, sine reuerentia, sine  
cōsideratione, abstinētes remedio nuptiali, & in omē de  
inceps flagitiū effluētes. Effet aut sine dubio melius nu-  
bere quā vri, & saluari in humili gradu fidelis populi,  
quā in cleri sublimitate, & deterius viuere, & districtius  
iudicari, cui alludit diuus Ioannes Gerson de vita spiri-  
tualī animę his verbis. Rara fit electio in sacerdotū in-  
troductione, ppterea malū illud tam late serpit, q; mul-  
tiplicanē iuuenes, inutiles, & lubrici sacerdotes, de quib;  
bus stultissimū est sperare, qd post susceptū sacerdotiū,  
castior sit eorū vita & honestior, & nō potius dissolutior  
quādo iam habent illud, a quo prius ex mala vitæ fama  
formidare poterāt expelli, sicut & de stolidis, & ignauis  
qui ingeniū bonis literis nō intenderūt adagiū est. Que  
Ioānes nō didicit, ea dominū Ioannē difficile esse disci-  
turū. Quamobrē Hieronymē iucūdistime, tuis oro per-  
suadeas discipulis, vt priusq; se continētiæ terribilibusq;



sacris astringere sepe tent, hunc sermonē legant, aut ex te  
(veluti nuper elegantissimū Stephani Hœsti Heidelbergensis theologi sermonē) audiant, ne in cleri numerum  
obiter illapsi, & iā a ferula aut repulsæ metu liberi, mox  
per luxū, ludum, leuitatē, lasciuia, blasphemias, cætera  
q̄ immania vitia precipites diffluant, ac vbi vel inscitiā  
sua, vel malo vite exemplo, plures anias orco quā olim  
po transmiserint, ipsi quoq̄ in stigas tandem flammās  
perpetuo cruciandi misere dimergant, necesse em̄ est vt  
scandala veniāt, ve aut̄ ei per quē scandalū venit, & nūc  
maxie, cum & summo, alijsq̄ pontificibus in reforma  
tione necessaria ab vtroq̄ clero aures obstruant. Censo  
res deniq̄, & iudices eorū, qui sacris colla subiicere ge  
stiūt, veluti pater, & summus amicus obsecro, vt habita  
ætatis, doctrinæ, famæ ac morū ratione, nec prece, nec  
p̄cio deliniti, in hoc diuinū ministeriū ineptos assumāt,  
tamq̄ graues, & constātes sese prebeāt, vt eorū censurę,  
vel (vt aiunt) examini adesse vereant, qui adolescētiam  
suā bonis neglectis literis, aucupio ludo, scortis cōsum  
pserūt, qui aperto pectore, crepidisq̄ incisis, & armis a  
latere pendētibus, vt Stradiotę, vt Carnifices p̄dire au  
dent. ne si huiuscemodī stolidos, & sceleratos (in q̄bus  
neq̄ sciētia, neq̄ religio) ad summā fidei nostræ dignita  
tem admiserint, minus Christū pro se passum diligere,  
minus Christū futurę iudicē timere videant, quippe cui  
tales ministros (qui Bernhardo teste, nō modo non pla  
cant, sed magis irritant) in animarū perniciē, in populi  
ruinam, in oīm murmur, & odiū, in sacrarū rerū contem  
ptū designarunt, quomodo em̄ aliorū animabus foelici  
ter præerit, qui suę ipsius nullā prorsus habet ratiōem:  
quomodo pure sacrificabit, qui vel a thoro sordido ad  
aram (quod de trib<sup>o</sup> sub vilī veste fraterculis, vel in vni

Heidel  
bergē.

Blaquer  
na de a  
mico &  
amato.

Eodē ser  
mone q̄  
supra.

A ñ



Georg.  
Gemmi  
ger.

us eorum primicij: Georgius Gemmiger testatus est )  
vel ab ara ad scortū euestigio se trāssert, quomodo Chri  
sti legē, quomodo animę immortalitatē, quomodo pu  
dicitia alios docebit? qui ne ipse quidē grāmaticę rudis  
mēta plane norit: qui nihil philosophię vnquā imbibit,  
qui ab adolescentia sua calamistratus, & noctiuagans,  
puellas, & scorta inquinatissime, libidinosisimeq; (pu  
dore cū pudicitia perditō) sit insectatus: qui nec de diui  
ni nois, aut diuorę (vt Valentini, & Quirini) abusu, nec  
de supflua, & malciosissima vini (quod bos abnueret)  
cōporatione, nec de obscœnissimis, & impurissimis ver  
bis erubescit, salutis proprię immemor, famę suę negli  
gens, ingratus ei de cuius sanguine viuūt, eius contemp  
tor sub quo iudice stabit. Hęc pio zelo eorū examina  
toribus, qui ad sacerdotiū festinant, qui vero in acha  
demis vniuersalibus inertes, & ineptos, philosophię  
gradibus ornant, eos q̄ paterne admonuerim (si lubet)  
in diatriba nostra ipsi poterunt indies contēplari. Vale  
ex Argentoraco, cuius prudens senatus, Erasmus nos  
strum, ob famā excellentis doctrinę, Heinrico Ingoldo  
dictatore, singulari honore nuper affecit, sed & pleriq;  
ex politiorū literarę cultoribus, illum (te interprete) hu  
maniter exceperūt, & iucundo cōiuctu peramicę digna  
ti sunt. Vrbs beata, quę requiē fatigatiōni, pietatē seuis  
cię, clementiā homicidio, vitā mortī, pacē bello p̄fert,  
foelix populus, quē regum siue discordiā, siue insania  
non fatigat. qui sua industria, manibus, vel agris con  
tentus, ex alieno incendio, & crudeli strage, inhumas  
num quęstum non sectatur.

smis Rector  
ena Argon

Honvranis

ridam e  
seleze

A. XIII



(Sicentia) **Ex Bulla Leonis Papę decimi sessionis nonę**  
ad obom concilij Lateranęsis in c. de Cardinalibus,

Et cum minime deceat affines, & cōsanguineos, præ  
sertim benemeritos, & ope indigentes negligere, sed il  
lis prouidere iustum, & laudabile sit, non propterea ta  
men, vel beneficiorū multitudine, vel ecclesiasticis red  
ditibus, ita eos impleri conuenire arbitramur, vt cæteri  
damnum ex huiusmodi largitionis intemperantia patis  
antur, & inde scandalum nascatur.

**Præmonitio Paterna.**

Si nunc vnicus ex infima plebe ignobilis, indoctus,  
illiberalis, inutilis, aut nothus, tantas ex decimis obla  
tionibus, cæterisque redditibus ecclesiasticis obuētiones,  
absq; peccato, & scandalo rapere possit, quātis tres, aut  
quattuor sacrorum canonum, aut theologię professores  
apprime contenti forent, qui psallerent, qui sacrificarēt,  
qui in cathedra, & confessione docerēt, qui consolaren  
tur, qui populum in obedientia continerent, qui ei bene  
vitę exempla præferrent, qui summū pontificem, ac ces  
tum cardinalium, libertatemq; ecclesiasticam ratione,  
ac sacris literis defenderent, qui cruciatā promouerent,  
qui plærosq; ab erratis auerterent, & in salutis viam di  
rigerent. Iudex sit Christus (cuius res agitur) qui absq;  
personarum acceptione iudicabit.